Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



83

75

tratos: et ostende faciem tuam et salui erimus.
Vineam de egypto transtulisti: eiecisti gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius: et plantasti radices eius et implevit terram. Operuerunt montes umbra eius: et arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos usque ad mare: et usque ad flumen propagines eius. Ut quid destruxisti maceriam eius: et vindemiant eam omnes qui pertransierunt viam. Exterminavit eam aper de silua: et singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum conuertere: respice de celo et uide: et uisita uineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua: et super filium quem confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dextere tue: et super filium hominis quem co-